

Die ältesten bekannten Altarweihen im Kloster St. Maximin zu Trier.

Von Pfarrer Nick zu Salzig am Rhein.

Vorbe merkung.

Die nachfolgenden Altarweihen in der Klosterkirche zu St. Maximin sind aufgezeichnet auf einigen Pergament-Blättern des 11. Jahrhunderts, die zu einem Codex gehörten, der zu liturgischem Gebrauch in der Kirche diente. Auf Blatt 4 steht die Notiz: »Liber Imperialis Monasterii S. Maximini.« Erhalten sind 31 Blätter in Quart. Voran steht das vollständige, sehr alte Kalendarium, das einige schon anderweitig bekannte historische Notizen bietet. Nach einigen Orationen folgt der mit sehr weitläufigen Rubriken versehene Ordo infirmorum, qui ungenidi sunt et visitandi, welcher Ordo theilweise sehr von dem bei Martène nach einem Manuscript von Clugny edirten abweicht. (cf. de antiq. Monach. rit. 5, 8, 740.) Nach dem Ritus bei Beerdigung der Mönche zu St. Maximin sind dann die fünf letzten Blätter zur Aufzeichnung der in der Klosterkirche stattgefundenen Altarweihen benützt worden. Die älteste Hand hat aus älteren Notizen die Weihen bis zum Jahre 1072 eingetragen, theilweise ohne dabei die chronologische Reihenfolge zu berücksichtigen. Vom Jahre 1072 an fügen spätere Hände, zuletzt eine des 13. Jahrhunderts, die folgenden Weihen bei. —

Unsere Aufzeichnungen waren Hontheim nicht bekannt. Er nennt (Prodrom. hist. Trev. II, 966) vier Codices, aus denen er sein Necrologium s. Maximini zusammenstellte, der unsrige ist nicht darunter. Nicolaus Novillianus führt zwar in seinem Chronicon imperialis Monasterii s. Maximini unsere Aufzeichnungen theilweise inhaltlich an, hat sogar an derselben Stelle ebenmässig die chronologische Reihe permutirt, allein es ist trotzdem wahrscheinlich, dass ihm eine anderweitige Quelle, etwa das von Hontheim benützte Psalterium, vorlag, von welchem derselbe sagt, es sei im Archiv des Klosters deponirt. Novillianus hat die Angabe der ersten Weihe vom Jahre 942 sehr wenig benützt, weitläufiger schon die von 959, während die des Jahres 1018 wieder sehr fragmentarisch gegeben wird, und die Reliquien gar nicht angeführt werden. Noch dürftiger sind wieder seine Notizen über die Weihe von 1072, am meisten schliesst sich Novillianus an unsere Blätter an bei der Weihe von 1231. Die Nachricht über das mit reichem Reliquienschatze ausgestattete Kreuz, wie sie unsere Aufzeichnung bietet, hat Novillianus ganz übergangen. —

Der Werth des hier Gebotenen leuchtet ein. Wenn z. B. Wattenbach die historische Existenz des hl. Disibod ganz

läugnete und sagte, man habe vor dem 12. Jahrhundert noch Nichts von dem Heiligen gewusst (vgl. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen [3. Aufl.] I, 35), so kann es keine bessere Widerlegung geben, als die Notiz der Weihe von 952, in welchem Jahre schon reliquiae s. Dyssibodi in den Altar zu St. Maximin deponirt wurden! —

Zu ernster Erwägung gibt Veranlassung der Umstand, dass von keinem Einzigem der dreiundzwanzig zwischen St. Maternus und St. Agritius angesetzten Trierischen Bischöfe die Rede ist, Reliquien keines Einzigem werden angeführt, und weder im Kalendarium noch in der Litanei wird der Name eines derselben genannt. Wenn s. Celsus erwähnt wird, so liegt eine Nöthigung, an den Trierer Bischof zu denken, nicht vor, ebenso kann der zweimal vorkommende s. Autor der in der series episcoporum zwischen Leguntius und Severus historisch beglaubigte Bischof sein, nicht aber Autor (I) aus der Zahl der dreiundzwanzig. —

Das Manuscript kennt keine Interpunktion, als den sehr regellos gebrauchten Punkt, sowie auch die grossen Anfangsbuchstaben völlig willkürlich vorkommen. Ich gebe die Aufzeichnungen wortgetreu, mit Auflösung jedoch der bei der ersten Weihe sehr stark benützten, später spärlicher angewendeten Abkürzungen, auch sind einzelne lapsus calami der Schreiber nicht verbessert. —

* * *

Anno ab incarnatione domini 942 dedicata est basilica in honore s. Johannis apostoli et evangeliste apud urbem trevericam a venerabili pontifice ipsius urbis Ruotberto et translata sunt in eandem ecclesiam corpora sanctorum archiepiscoporum Maximini. Agricii. Nicetii. a reverendis presulibus Ruotberto archiepiscopo videlicet treverensi. adalberone metensi. a religiosis abbatibus Ogone. ejusdem s. Maximini monasterii. qui ipsam ecclesiam pessumdatam solo a fundamentis strenuiter erexit. Agenaldo eciam gorziensi. ercanbaldo tullensi. heriberto s. arnulphi cenobii. friderico s. huberti. Salachone s. Martini. presente multo monachorum collegio. ac copiosa populorum frequentia. Recondita vero sunt preciosa sanctorum corpora simul in cripta honorifica in diversis sarcophagis subtus altare in honore s. Johannis evangeliste benedictum a jam dicto antistite. Ruotberto. In quo continentur ipsius s. johannis precipue reliquie. ac buxte tres cum scrinio dimidii cubiti elephantini omissis pleno reliquiis autenticorum sanctorum. Altare sancti martini extat a dextris hujus altaris. consecratum a presule mediomatricorum prefato adalberone. inque habentur buxte. tres. reliquiis sanctorum. Super hoc altare habetur turris. continens oratorium. s. Pauli cum reliquiis illius. A sinistris statutum est altare benedictum in

honore s. Andree apostoli similiter a pontifice venerando. Adelberone. in quo sunt buxte. tres. similiter reliquiis replete. Quorum vero sanctorum reliquie in his continentur buxtis multitudine ipsarum scrutari non permisit. Super hoc altare est turris habens oratorium s. Petri apostoli. habens reliquias ipsius de corpore et catena ejus. et de reliquiis sancti Goaris. Dedicacionis vero dies. III. Id. octobris colitur.

Anno ab incarnatione domini 959. abbate Willero erudito admodum viro ipsum cenobium sapienter regente. consecrate sunt tres are in jam dicta basilica una que ad sanctam crucem dicitur. in qua habetur de cruce domini. de sepulchro. de presepe domini. de capite s. Johannis bapteste. de columpna ad quam ligatus est dominus. Ad occidentalem partem ecclesie a dextris locata est ara s. Gregorii pape. ac continens illius reliquias. ac s. Remigii. ac septem dormientium. A sinistris vero tercia posita est ara sancti scilicet Stephani protomartyris. ejus habens reliquias. atque sancti Laurentii. Vincencii. Lamberti. Iste ergo are benedictę sunt in Kalendo superius notato. A dextris ipsius are. que dicitur ad sanctam crucem est altare in quo habentur reliquie sanctorum martirum. Nerei. Achillei. Pancracii. Sebastiani. Ciriaci. Marci et Marcelliani. A sinistris autem est altare. in quo sunt Reliquie sanctorum martirum Cosme et Damiani. Clementis. Nycasii atque Eutropie sororis ejus. In turri vero contra aram s. crucis est altare in honore s. Michahelis. in quo continentur reliquie s. Johannis et Pauli. s. Maxencii confessoris. De presepio domini. de sepulchro domini. (Drei Zeilen Rasur.)

Anno ab incarnatione domini 952. abbate Willero regimen monachile gubernante. Ruotberto vero presulatum disponente. dedicata est cripta superior ad pedes sanctorum confessorum Maximini. Agricii. Nicetii. et altare in ea in honore domini Salvatoris nostri ac omnium sanctorum. atque in ipsum posite sunt reliquie. De mensa domini in Chana galilee. De pallio sancte Marie. De cruce Domini. De presepio domini. De sepulchro domini. De capillis s. Petri. De corpore s. Laurentii. De corpore sanctarum Priscille ac Agate. ac aliorum multorum. A dextris hujus altaris sanctificatum est altare. s. Sixti. in quo servatur de corpore ejus. ac de corpore s. Laurentii. de capite s. Ypoliti. ac reliquie s. Quintini. ac sancti Clementis. de costa s. Cyriaci. ac s. Pancratii. s. Georgii. s. Symphoriani. A sinistris vero in honore s. Benedicti in quo continentur reliquie s. Scolastice sororis eius. ac s. Columbani abbatis . . . s. Wicberti. s. Dyssibodi. ac s. Florini confessorum . . . ad pedes sanctorum confessorum Maximini. Agricii. Nicetii. sacratum est in honore episcoporum treverensium. ac reliquie ipsorum in ipso. Eucharii. Valerii.

Materni Agricii. Maximini. Nicetii. Paulini. Luitwini. Quiriaci. Lubentii. In inferiori ipso die consecratum est altare s. Kalixti pape et martiris. dexteram intrantibus in quo est de corpore ejus. Reliquie s. Bonifacii. Cosme et Damiani. Juliani. Modesti. Crescentie. Valentini. Felicis et Adauti. Januarii. Juxta illud altare est ara s. Mauricii in qua ejus reliquie. ac Sanctorum Gereonis. Dionisii sociorumque eorum. Marcelli. Vincentii. Apollinaris. In medio supradicte inferioris cripte habetur altare s. Marie genetricis domini nostri Jhesu Christi. ibique continentur reliquie s. Stephani pape. ac sancte Felicitatis. septem filiorum ejus. A sinistris ipsius altaris consecratum est altare s. Sebastiani habens reliquias ipsius. De corpore s. Gervasii ac prothasii. Crisanti ac Darie. Proti et Jacincti. Gorgonii. et sanctorum confessorum Ambrosii Willebrordi. Amandi. Germani. Castoris. (Rasur und von derselben Hand neu beschrieben.) In sinistro latere est altare. In honore sanctorum virginum. in quo sunt reliquie Felicitatis. De corpore s. Agnetis. et Cecilie. s. Lucie. sancte Walgisge. s. Modeste. s. Brigide. s. Elene. s. Aldegundis. De pallio ac stola s. Maximini. Stephani pape et martiris. Faustini martiris. Terentiani martiris. Georgii martiris. Cristophori martiris. Valerii episcopi et confessoris. Materni episcopi et confessoris. Modoaldi episcopi et confessoris. Severe virginis. (Zusatz einer Hand des 17. Jahrh.: Istae sanctorum reliquiae continentur in lapide in medio monasterio jacente. Ita addendum ex manuscripto antiquo.)

Anno dominicae incarnationis 1018., indictione prima. regnante Henrico imperatore venerabilis Poppo treverorum archiepiscopus petitione devoti abbatis Winrici rogatus oratorium que est capella abbatis in honore omnium sanctorum 6. Nonas Martias consecravit. et his sanctorum reliquiis confirmavit. De . . . domini. de vestimento s. Marie. de capillis s. Johannis bapstite. De vestimento s. Andree. de corpore s. Jacobi. de corpore s. Stephani prothomartiris. de capillis ac de vestimentis ipsius. De lapide. cum lapidatus est. de reliquiis sanctorum martirum Vincencii. Georgii. Gengulfi. Ypoliti. Pancracii. ac sanctorum confessorum. Maximini. Agricii. Nicetii. Eucharii. Valerii. Modoaldi . . . tini. Vitoni. Boboli. Cornelii pape. Celsi. Nicolai . . . sanctorum innocencium. et sanctarum virginum Walburgis. Severe . . .

Anno dominica incarnationis 1072 indictione decima. dedicatum est hoc oratorium 5. Id. Januarii a venerabili trevirorum archiepiscopo Udone. ac dicitur s. Blasii. in honore s. Benedicti abbatis. in quo continentur reliquie ipsius sancti Benedicti. sancti Blasii martiris atque pontificis. Benigni martiris. Cristofori martiris. Ypoliti martiris. Sancti modoaldi episcopi et s. Radegundis

regine. de pallio et stola sancti Maximini archiepiscopi. nullo terreno munere illectus. sed solo dei amore ac fratrum petitione idem Udo archiepiscopus consecravit ea solummodo condicione ut singulis annis in anniversario ipsius dedicacionis communis missa in eadem capella pro eo ac parentibus ejus perpetualiter celebretur. (Sieben Zeilen Rasur, dann von wenig späterer Hand.)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis. quod in hac sacratissima cruce continentur he reliquie. de capite et de barba s. Johannis baptiste. de cruce domini. de sepulchro domini. de spongia domini. de linteo quo ipse dominus fuit precinctus. de manna domini. Reliquie domine nostre s. Marie. de vestimento ipsius. Reliquie s. Anne matris ejus. de s. Andrea. de capillis s. Petri apostoli. de cruribus s. Katerine virginis. Perpetue et Felicitatis. Gereonis martiris et sociorum ejus. Dionisii martiris. Laurentii martiris. Agapiti martiris. Panthaleonis martiris. de Brachio s. Eustachii martiris. Stephani prothomartiris. de lapide quo lapidatus est. Jacincti martiris. hirenei martiris. de vestimentis Basili et Cassiani. De purpurea veste s. Bartholomei apostoli. Victoris martiris. Primi et Feliciani. Blasii martiris. Crispini et Crispiniani. martirum. Reliquie innocentum. De capite Valeriani martiris. Sebastiani martiris. Magni martiris. Georgii martiris. De cuculla sancti Benedicti. Sancti Wandrigrisili abbatis. Quiriaci confessoris. Auctoris confessoris Martini episcopi. De stola et pallio sancti Maximini archiepiscopi. Amantii abbatis. Goaris confessoris Silvestri pape. Landerici. Nicholai episcopi. De pulvere multorum sanctorum. De sudario sancti remacli. De dalmatica sancti apri. de vestimento sacerdotali ipsius. Reliquie sancti Benedicti. Reliquie trium magorum. Audeni episcopi. Sancti Ansberti. Amandi episcopi. Urbani pape. Gengulfi martiris. Ypoliti martiris. De dextera manu sancti Mauricii martiris. Margarete virginis. Gertrudis virginis. De mensa sancti petri apostoli Gereonis martiris. Alexandri. Sancte Anastasie virginis. Mathei apostoli. Thimothei apostoli. et aliorum multorum quorum nomina deus scit. †.

Anno dominice incarnationis 1231 sabbato post festum innocentum. Consecratum est altare domine nostre in cripta inferiori in ecclesia sancti maximini. a domino Theoderico. venerabili trevirorum archiepiscopo. In quo continentur he reliquie. De vestimento sancte Marie celorum domine. De sepulchro domini. De cruce domini. De pallio sancte Marie. De vestimentis ipsius. De oleo sancte Marie matris domini. De monte Synai indeficienti. Reliquie sancti Johannis baptiste. De capillis sancti Petri. de vestimento sancti Johannis evangeliste. Reliquie sancti Stephani prothomartiris. Reliquie s. Stephani pape et martiris.

Tyburcii martiris. Justini martiris. Juliani martiris. Blasii martiris. Eustachii martiris. Georgii martiris. Alexandri pape et martiris. Reliquie s. Lucie virginis. Margarete virginis. Potentiane virginis. Severe virginis. Justine virginis. Eufemie virginis. Modeste virginis. Reliquie s. felicitatis et septem filiorum ejus. Ipso die consecratum est altare sancti Fabiani et Sebastiani martirum ab eodem Archipresule. In quo continentur Reliquie sancti Fabiani et Sebastiani. Gervasii et Prothasii martirum. Georgii martiris. Pancracii martiris. Theodori martiris. Gorgonii martiris. Marci et Marcelliani martirum. Ambrosii. Germani. Amandi. Willibrordi episcoporum. Castoris confessoris. Sequenti die consecratum est altare sancti Mauricii et sociorum ejus ab ipso Antistite. In quo continentur eorundem martirum Reliquie. Reliquie Gereonis et sociorum ejus. Dionisii et sociorum ejus. Vincencii martiris. Stephani pape et martiris. Apollinaris martiris. Pancracii martiris. Marcellini martiris. Georgii martiris. De vestimento sancte Marie sanctorum domine. Ipso die consecratum est altare s. Marie magdalene. et sanctorum martirum Kalixti pape et martiris. Bonifacii martiris. in quo continentur reliquie eorundem martirum. Juliani martiris. Valentini martiris. Felicis et Audacti (sic!) martirum. Modeste et Crescencie martirum. Reliquie s. Hilarii episcopi. et sancte Quite. Auctoris episcopi Quiriaci confessoris. De stola et Pallio sancti Maximini. De capillis sancte Marie Magdalene.

Ephemerides

Rerum in Monasterio Mellicensi et in Austria nostra gestarum die 31. Julii anni 1741 usque ad annum 1746,

a P. Hieronymo Pez, Bibliothecario Mellicensi, conscriptae
et a † P. Vincentio Stauffer, ejusdem Bibliothecae Praefecto, editae.

(Continuatio, vide fasc. III. h. ai. pg. 493—501.)

16. Junii. Regina nostra cum conjuge suo Praga, maxime contentatis Bohemis, abiit salva Lineium in Austria superiori, pro homagio recipiendo. Discensus fuit post prandium, cum ante in Ecclesia cathedrali ante S. Joannem Nepomucenum, et in capella S. Wenceslai devote orasset, et suum iter ac regnum commendasset. Explosa tormenta 112. Burggravius Bohemiae a Regina Comes Schaffgotsch nominatus. 19. salva Lineium advenit inter summos applausus et gaudia Austriacorum superiorum. Die 2. Julii, ipso festo Visitationis B. Mariae V. Mellicio transierunt D. Comes Kinski, Cancellarius Bohemiae, et supremus Cancellarius Reginae nostrae Comes de Uhlefeld Lincio venientes, et ad prandium in Mixstetten pergentes, quorum prior in Monasterio nostro confessus est, et tres missas audivit, et narravit, Gallos 27. Junii apud Dettingen ad Moenum in Franconia ab exercitu foederato, scilicet nostris Austriaco-Belgis et Anglis graviter caesos et superatos fuisse.